



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies
Meditationibvs illustratæ**

Paderbornæ, 1697

S. Myro Episcop. 8. Augusti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62968)

Scrutare animum, & perspicies antiquiorem tibi esse bonorum possessionem quam Dei.

3. Verademum felicitas est parum habere nec plura desiderare. Unde tædia, anxietates, timores, assidui labores tum animi, tum corporis? nunquid ex divitiarum cupiditate: hæc enim cupiditas est implacabilis tyrannus, qui nullam finit carpere partem quietis. Ille nactus est felicitatem cui satis est quod habet. *Vere divitie sunt, paupertas divitiarum.* Clemens Alexand.

S. MYRO EPISCOP.

8. Augusti.

Quis putas est fidelis servus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore? Matt. 24. v. 45

Nullæ ceræ ornârunt MYRONEM, sed virtutes multæ, quas quidem neque numerare in hac pagella possumus, uti nec pauperes, quos pulchro ordine stantes per atria quotidie laudare nobilem ejus manum vidisset. Seminabat ille in hos, quidquid ager, quem colebat, dives dedisset, in fures etiam liberalis. Nam fortè ex his XII. in horreum se penetrârant MYRONIS. Ibi cum saccos frumento

mento, scelere animum onerassent, iniecit
Deus furacibus manibus arcana vincula, cre-
vitque facinoris pondus: ut ne humo jam
tollere onus possint. Intervenit interea MY-
RO, cum illi trepidi alia vincula sperarent,
ille missionem dedit, & tergo improborum,
non quod meruerant, patibulum, sed saccos,
de quibus diximus, benè fartos suâ manu im-
posuit, emisitque gravi supplicio mactatos.
Interea nihil decessit de MYRONIS opibus,
quas ille scilicet eo loco, ad quem fures non
adrepunt cœlo recondebat. Sub hæc virtus,
sacerdotio, mox Episcopatu & miraculis est
honorata. Nam & per medium fluvium Tri-
tonem viam sibi fecit, & misso post, pro suo
in illum imperio, scipione, coire iterum
moyses noster iussit. Sed & Herculem in illo
agnovisses, cum ingens monstrum draconem
clavâ, hoc est, oratione dejecit. Exinde reli-
quam vitam transegit tumulis Divorum ex-
ornandis, dum centenarius eundem hono-
rem etiam ipse meruit. *Ex Menais.*

MEDITATIO.

De fidelitate servorum Dei.

1. **P**Riorem ac potiozem fidem ducas erga Deum,
quam divitias, honores. & ipsam vitam, ut
malis carere his omnibus quam peccare. Fidelis est
Deus

Deus in iis quæ sponte promisit, tu quoque fidelis esto in iis quæ Deo promisit, quod si Deo datum in baptismo fidem fregisti, Deus servabit suam, & committet mala quæ minatur in sacris literis. *Da mihi Domine ut amem te quantum debeo.* Aug.

2. Esto fidelis etiam in minimis rebus: in iis siquidem purius elucet amor Dei, timor arcet à lethalibus peccatis, amor verò à venialibus: periculosa sunt illa peccata quæ levia dicuntur, utpote quæ viam mutant ad graviora ac plures in nos accersant calamitates: hæc enim morbis, afflictionibus plerumq; puniuntur in igne purgatorio senties gravitatem noxarum, quales leves duxisti.

3. In omnibus demum esto fidelis, ubique Deo serviendum est, cum sit ubique terrarum, persevera usque ad mortem in fideli obsequio Dei: quia is dicitur taxat salvus erit qui perseveraverit usque ad finem. Tibi liquidò constat honores, divitias, voluptates meram esse vanitatem, quid ergo iis inhias neglectis cœlestibus: *Omnia colit humanus error præter omnino Conditozem.* Tertull.

S. ROMANVS M.

9. Augusti,

Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit: qui verò non crediderit condemnabitur. Marc. 16

Levi